



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Dæmo[n] Virginali eius pudicitiaë insidiatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Dæmō Virginali eius pudicitia insidiatur.

Eodem anno, cum videret hu-
mani generis hostis animarum
fructū vnus Philippi opera singulis
quibusq; diebus vberiore fieri, so-
lita motus inuidia decreuit eum ab
huiusmodi studio illecebra carnis
auocare: id autem per impudicam
feminam hac aggreditur arte. Erat
in Vrbe meretrix eius laqueis irre-
tita, Cæsaria, cum nihil erat boni
præter pulchritudinem. Hæc dæ-
mone^b instigante magnificè se iacta-
re cœpit apud adolescentulum satis
ampla familia, quocum turpiter vi-
uebat, de Philippi animo emollien-
do, atque ad libidinem alliciendo:
cui ille multam pollicetur pecuniã,
si id tentaret. Accipit impudica fe-
mina conditionem, sed timens
(quippe quæ nimium in aliena per-
niciæ prudens erat) ne propter egre-
giam viri sanctitatem si ipsum aper-
tè aggredereetur, nihil se posse perfi-

Viræ lib. I.

F 2

cere,

à
Sanctorū
castimoniæ
diabolum
insidiari
solutum eo-
rundem
res gesta
affirmant.
lege præter
ceteros
Palladium
in Lausia-
ca. Meta-
phrastem
in Daniele
Stylita,
Gulielmū
Monachū
in S. Ber-
nardo lib.
I. c. 5. Pe-
trū Rauz.
lib. I. Vita
S. Vincen-
tij c. 12. &
Sur. tom 3.
in S. Ber-
nardino.
b
Testes in-
rati quā-
plures id
affirmant,
in quibus
Gn^o est Ca-
sar Baroni-
us Card.

cere, vnam reliquam esse viā fraudis, & doli excogitauit. quid igitur consilij cœpit mulier dæmonis artibus instructa? illum per ipsius quod adamabat plurimum, speciem honesti aggreditur: mittit ad eum quendam, qui illi deferret se in extremo & animi & corporis periculo esse; ad bonam frugem velle redire, & antea actæ vitæ noxas confessione expiare: rogat per eum, ne velit opem periclitanti animæ denegare. Ille, vt incredibili ardebat salutis omnium charitate lætatus vehementer oblatam sibi occasionem esse, dispersam Christi ouem ad suum ouile congregandi, domo egressus, eam conuenit, nihil huiusmodi suspicatus. Tum diabolicum illud instrumentum femina (Philippus vix scalas ascenderat) omnis non modò pudicitia, sed pudoris oblita, nudam sese illi obtulit vidēdan, solo velamine ad carnē coopertam, vt si illi bellè res cecidisset,

vtiq;

vtiq; rem conficeret. sed vicit, Deo fauente, volenteq; simplicitas caliditatem, libidinem continentia. Sanctus vir vbi suæ insidias fieri vidit castitati, vbi se vnum impugnari, sibi quod reliquum erat prælidium fuga confestim quæsiuit: sic non minus impudicæ, quàm impiæ, ac turpissimæ feminæ profligata petulantia, & dæmonis est astus illusus, eiusq; demum vires comminutæ: id re ipsa confirmās, quod verbis affirmare solitus erat, cætera tentationū genera pugnando reprimi, hanc vnā fugiendo potius vinci, quàm resistendo. Interim impudentissima femina, vbi delusam se vidit, nimio pudore perfusa, iracūdiaq; exæstuans scabellum, quod sibi primum ad manus venit, eius interimendi studio, post tergum coniecit; sed seruāte Deo militem suum, nihil ea re læsus, firmo corpore, virtuteq; integra inde exiit, quod sanè non sine miraculo fieri potuit. Quo

a
Nullam
carnis ty-
rannidem
sensisse S.
Equitiū
Abb. scri-
bit S. Greg.
Pap. dialog
lib. 1. cap. 4.
lege etiam,
si libet,
Leontiū in
Symeone
Salo apud
Sur. tomo
4. Cassia-
nū collat.
12. de ca-
stitate.

apud Deum præclaro facinore il-
lud impetrasse cōpertum est, vt plus
triginta ante obitum annos, omni-
bus in posterū careret stimulis^a cu-
piditatum, sensuq; libidinis. magna
sunt hæc profectò, magna, quis ne-
get? sed adiiciemus alia nō minora.

Eo ipso quoq; tempore insigniore
alio dono eum exornauit Domin⁹,
scilicet, vt ne inter dormiendum
quidem eius corpus vlla impurita-
te pollueretur, qua interdum vel
inuiti inquinamur, idq; eò mirabi-
lius quò supinus ille facie semper ad
cœlum versa somnum caperet. His
itaq; cumulatus beneficiis eū tran-
quillitatis statum obtinuit, vt iam
non inter mortales mortalem vitā,
sed cœlestē inter cœlestes ducere, &
proximè ad pristinum illum inno-
centiæ, integritatisq; statum (si ita
dicere fas est) accedere videretur.
Refriguerat in eius corpore omnis
ardor libidinum: caro spiritui ob-
tēperabat: nullos corroborata virt⁹

impu-

impurarū voluptatū impetus extimescebat: ita in illo tact^o sēsus obstupuerat, ut ei^o caro lapidis instar omnis pene sēsus expers esse videretur.

Dicere quandoque solitus erat (quamquam id paucis è suis aperiebat) vnum & idē sibi esse, mulierē, atq; lapidem contrectare; adeò repressus in illo erat omnis impetus, restincta q; omnis cupiditas illecebrarum blandæ voluptatis.

Harum rerum sanè admirabilium firmissima, grauiissimaque extant testimonia: affirmat id præter cæteros omni asseueratione, qui erat ei à confessionibus, Cæsar Baronius Cardinalis, qui vltimas eius confessiones in extremo vitæ tēpore audiuit. Is iurat^o narrauit Philippum paucis diebus antequā ex hac vita migraret, eam inter confitendum lacrymarū vim cum singultu profudisse, ut fletū cohibere nō posset, ut qui sūmo se affici dolore diceret, quòd cū multa à Deo dona nul

a
De eius
Virginitate
testes iu-
ratos ha-
bemus pra-
ter Baro-
nium, Au-
gust. Card.
Cusanum.
aliosq; &
ros opti-
mos.

b
Fuisse B. P.
castitatis
dono exor-
natum et
iã Franci-
scus Maria
Cardin.
Taurinus
publico te-
stimonio
confirma-
uit, idem-
que alij &
qui a B. Vi-
ro audiere,
sacramēto
testificati
sunt: Solut
enim
Deus, &

lis suis promeritis accepisset, tum hæc præcipuè, vt se^a virginem ad illum vsque diem seruasset, triginta-que plus annos omnibus carnis^b stimulis ita caruisset, vt nullã eius tyrannidem ne in quiete quidem sentiret, ita tamen erga diuinam liberalitatem ingratus extiterit, vt nihil vnquam beata vita dignum egerit, vocationi diuinę haudquam responderit. O perfectæ integritatis exemplum! O miram Beati viri humilitatem! & hæc erant, de quibus ille multis cum lacrymis ob summam animi demissionem confiteri consueuerat: Ex his itaque rebus, tanquam ex vberrimo fonte ardor ille fluxit, quo alumnos suos verbis plane diuinis ad castitatis amorẽ incitare non desiste-
bat. Vult enim cœlestis ille sponsus (idq; ipse nouerat) quorum sibi animos perpetuum ad habitandum delegerit habitaculum, eosdem etiam esse ab omni impura corporis contagione

seiu-

seiuñctos. Hinc quos carnis tenta-
tione premi sentiebat, eos consilio,
precibus, cohortatione, omni deni-
que ope sanare; eos verò, qui eius ef-
sent immunes, conseruare integros
conabatur, suæ non magis custos ca-
stitatis, quàm defensor alienæ: Illud
etiam hic attexam, ideò elucere so-
litum in Philippo virginalis casti-
monia candorem, vt nemo eũ diu-
tius frequentârit, quin de casta vita
amplectenda cogitare cœperit.

Communi omnium æstimatione,
constantique fama virgo est habi-
tus, atq; huius quidem virtutis tan-
ta erat in animo pulchritudo, vt in
ipsum etiam corpus, in vultum, in-
que oculos mentis indices redun-
daret, vt non modò in ipso sermo-
ne, & in omnibus eius actionibus;
sed in ipsa quoque facie virginalis
quidam candor eniteret.

Sed quid dicam de hominis hone-
state, munditieque? nulli hominum
vnquam, sanus esset ille, vel æger

tati doni
plures ex-
tauent te-
tes, sunt q̄
ij Hierony-
mus Pam-
philius
Rota Au-
ditor, Ale-
xander Fi-
delis, Ger-
manicus
Fidelis: his
accedit
huius hi-
poria au-
ctor, qua-
tuorq̄ alij
sacerdotes
optima fi-
de, quiq̄
humant-
tate eius,
& probi-
tate in con-
suetudine
quotidiana magno-
pere dele-
tabantur.

a
Idem de
magno An-
tonio, atq;
Ammonio
narrat S.
Athana-
sius in eo-
rum rebus
gestis, lege
præterea
Cyrillum
in Ioanne
Silentiario,
& Petrum
Rauzanū
in S. Vin-
centio lib.
2. c. 7.

b
Idem de
magno Eu-
thymio
narrat B.
Cyrillus
Monachus
in eiusdem
sancti viri
rebus ge-
stis; sed id
ipsum de
aliis etsam
sanctissi-
mis viris
legimus.
Atqui non
me latet nō

castissima membra, nudamq; car-
nem patere permisit: cuius rei ocu-
latus testis, præter cæteros, ego ipse
sum, qui apud eum dies, noctesque
assiduè eram.

Nihil in eo deprehensum fuit ab
aliquo, quod cuiusquam oculos, a-
nimumue offenderit: de scurrili-
bus, obscænisque verbis ne cogita-
uit quidem: ita denique in omni vi-
ta se gessit, vt ab ipso ineuntis ætatis
flore cunctis propositum castitatis,
Christianæq; modestiæ exemplar
videretur ad imitandum.

Illud in Philippo fuit ex multis
admirabile, quòd vt virginitatem,
ceterasq; virtutes ex odore; ita im-
pudiciã, & id genus alia ex fœtore
b diuinitus deprehēdebat. Id porro
præter ceteros sacramēto testati sūt,
Philippo vita functo, cōplures illo-
rū, qui eo ad confessiones vtebātur
quippe quibus huiusmodi infectis
peste, sed eã non aperiētibus, vltro
ipsemet ante opportuna remedia &

genus

genus morbi, & causas detegeret: filij libera voce dicens, vos male mihi oletis, lapsi estis in id genus libidinis; consciētię noxas detegite, peccatorū venenū confessione ejcite, admiffa scelera confiteamini. Quibus illi auditis, rei nouitate attoniti, exponebāt omnes sacramēto confessionis, quid quisque dolendum egisset in vita, & pœnitentiam amplectebantur, animū ad amorem cælestium conuertentes.

Quæ autē fuerit eius animi puritas, quæue cordis mundities, id vel ex hoc vno de multis cōiici potest, quòd excipiens confessiones hominum istiusmodi sordibus inuolutorū, ita teterrimo illo, atq; pestilenti odore, qui ex obscœnis illorum voluptatibus permanabat, afficiebatur, vt manus, aut linteum ad nares admouere, seseq; in aliam quandoq; partem obuertere cogeretur: quod admirabili tamen dexteritate, ne quis id aduerteret, faciebat. Nar-

rabat

deesse, qui tetrum a-lisiorū peccatorum odore per-ceperint, percurrere, se libet, Vita S. Pachomij Abb. à Dionysio Abb. Ro-ma. Exi-guo cogno-mento è Græco ser-mone in Latinum versam, itemque S. Hierony-mū in re-bus gestis S. Hilario-nis, S. A-thanasium in historia Antonij Magni & demum res gestas. S. Birgitta a-pud Sur. tom. 2.

rabat ille tam grauem se ex hoc nefario scelere odorem percipere, vt cum nullo sibi videretur fœtorum genere posse conferri.

Huc illud etiam summa admiratione dignum accedit, quamquam alio cōtigit tempore. Mulier^a quædam eum frequentare cœpit: hanc B. Pater intuitus, diabolum in ea reside-
 a
 Id iuratus firmavit
 Federicus Card Borromeus, i-
 demq; alij sacramēto testantur.
 b
 Lege magnū Athanas. in Vita S. Antonij Abbatis.
 c
 Lege Paladium in Lausiana in Pachone Abb.
 fidere mentis oculis vidit, quamobrem manu ad eum expellendum
 b
 feminæ diuino instinctu admota, id eo attactu factum est, vt mox tam pestilenti, atq; sulphureo femina halauerit odore, vt eius ille grauitatem ferre non posset. Hic ipse odor postea ita in ei^{us} nares importunissimus penetrauit, eiusq; manibus infixus hæsit, vt vix post triduū, c
 quāquam maximam adhibuerat diligentiam, eius se molestia liberandi, restitutus in pristina videretur. Affirmabat ille post, eum fœtorē ex ipso dæmone profluxisse.

Philip.